



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

411. Ne inlitterati ordinentur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

nos ætatis nec Diaconi ordinentur nec virgines consecrentur. Burchard. lib. 2. c. 11.

Qui partem digiti sibi abscidit, Clericus esse non debet. *Ex epistola Felicis Papa.*

CCCCX. Qui igitur partem digiti sibi abscidit volens, hunc ad clerum canones non admittunt. Cui verò casu hoc accidit, & Clerici possunt fieri, & si in clero fuerint reperti, non abici. [*Vide Innoc. III. lib. 10. ep. 124.*] Decreta Innoc. 1. c. 28. Burchard. lib. 2. c. 14.

Ne inlitterati ordinentur. *Ex epistola Gelasij Papa.*

CCCCXI. Inlitteratos quoque aut aliqua parte corporis imminutos nemo præsumat ad clerum provehere; quia nec litteris carens sacerdos esse potest aptus officiis, & vitiosum nihil Deo prorsus offerri legalia præcepta sanxerunt. Similiter qui se ipsos abscidunt. Decreta Gelasij c. 16. Burchard. lib. 2. c. 18. Decreta Gelasij c. 17.

Ne criminosi ad clerum assumantur. *Ex eadem epistola.*

CCCCXII. Ne criminosi ad clerum admittantur. Ait enim Apostolus: *Manum ne tibi citò imposueris, neque communicaveris peccatis alienis.* Decreta Gelasij c. 18. Lib. 7. Capitular. c. 50.

Ut dæmonibus similibusque passionibus inretiti ministeria sacra tractare non debeant. *Ex eadem epistola.*

CCCCXIII. Usque adeo sanè compertimus illicita quæque prorumpere ut dæmonibus similibusque passionibus inretitos ministeria sacrosancta tractare tribuatur. *Et post* Decreta Gelasij c. 19. Burchard. lib. 2. c. 20.